



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 98. Matthæus jussu Provincialis carceri inclusus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæcul. XVI. positi sui executionem excitabat, simul  
A.C. 1526. que hujus concessionis diploma eidem  
 tradere pollicitus, eum dimittebat.

Ast Matthæus nequidem expectato  
 hoc diplomate ad prædicandum Dei  
 Verbum sese accinxit, Marchiamque  
 Anconitanam peragravit. Huic sese ad-  
 junxit quidam Eremita Franciscus no-  
 mine, cuius exemplum brevi plures alii  
 sequebantur, qui eidem instituto no-  
 men dederunt, illos tamen Fratres Mi-  
 nores de *Observantia* gravibus omnino in-  
 juriis lacescebant, eoquod non modo  
 acuminosum illud caputium, sed etiam  
 novum vitæ genus tolerare haud possent.

### §. XCVIII.

#### *Matthæus jussu Provincialis carceri inclusus.*

**N**ihiolominus F. Matthæus generalia  
 Ordinis comitia accessit: verum  
 jussu Joannis de Fano Provincialis ca-  
 ptus carceri includitur, mox tamen Ca-  
 merinenis Ducissa rem edocta, literas  
 ad Provinciale dedit, acerrime com-  
 minata, ni subito F. Matthæum liberum  
Mart. Ulissi-  
pon. Hist. Se-  
raphica. dimitteret, se ad summum Pontificem  
 hac de re suas delaturam querelas, in-  
 terim sciret, se Clementis VII. Neptim  
 esse. Nec his contenta Camerinenis  
 Conventus Præpositum, seu Guardia-  
 num,

num, qui cum Provinciali conspirabat, Sæcul. XVI.  
 adesse jussit, eidemque tantum incussum  
 timorem, ut ambo Fratrem Matthæum  
 libertati restituerent. Hic nulla mora  
 Camerinum contendit, non tam ut Be-  
 nefactrici suæ grates rependeret, quam  
 ut Provincialis culpam excusaret, plu-  
 ribus recensens beneficia, quibus ab  
 eo esset affectus. Cum vero Ducissa  
 Matthæum veste a Minoritarum habitu  
 longe diversa, ac ubique laciniis con-  
 ferta indutum, nec non acuminoso ca-  
 putio tectum cerneret, rei novitatem  
 admirata illius caussam sciscitabatur;  
 Matthæus hujus mutationis rationem  
 exponens: „Cœlesti admonitu, inquie-  
 „bat, rem aggressus sum, accessit quo-  
 „que summi Pontificis concessio, non  
 „equidem, ut vel Ordinem meum ad  
 „severiorem disciplinam revocem, vel  
 „novam Congregationem erigam; ad  
 „neutrum enim me Deus selegit, sed  
 „unice, ut sub hoc habitu Regulam in  
 „omni perfectione observem.“ Ad-  
 hortabatur Matthæum Ducissa ad tam  
 pii operis executionem, pollicita, se  
 eidem patrocinio, juxta ac bonis suis  
 præsto futuram.

A.C. 1526.